

161.

Johannes, Bischof von Havelberg, ertheilt denjenigen, welche dem Augustinerkloster sich mildthätig erweisen und dasselbe an den größeren Festen bußfertig aufsuchen, 40 Tage Ablass.

Magdeburg, 1292.

Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1400. Das S. des Bischofs an Pergamentstreifen ist abgefallen. 5

Iohannes dei gratia sancte Havelbergensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presens scriptum visuris | salutem in domino sempiternam. Bone rei operam dare devotas fidelium mentes excitat, tribuit | insuper et salutem. Ut igitur devotio fidelium devotius accendatur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui structure | fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini in Grimmis Merseburgensis dyocesis sive eisdem 10 fratribus suas elemosinas fuerint elargiti, seu qui ad eorum sollempnitates maiores confluerint suorum peccaminum veniam petitori, de iniuncta eis penitentia XL^a dies et unam karenam, dum tamen consensus dyocesani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. Datum Magdeburch anno domini millesimo cc^o nonagesimo secundo, provinciali concilio celebrato.

15

(SD.)

162.

Franciscus, Bischof von Solumbria, ertheilt im Namen des Erzbischofs Gerhard von Mainz denjenigen, welche das Augustinerkloster durch milde Gaben unterstützen und dasselbe an bestimmten Festtagen besuchen, 40 Tage Ablass.

1293. 20

Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1441. Das beschädigte S. an Pergamentstreifen.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis frater Franciscus ordinis predicatorum | miseracione divina Solumbrigensis episcopus vices gerens venerabilis patris domini G[erhardi] dei gracia | sancte Moguntinensis^a) sedis archiepiscopi, sacri imperii per Germaniam archicancellarii, salutem in domino. Cupientes, ut claustrum fratrum here- 25 mitarum ordinis sancti Augustini in Grimmis a cunctis Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad idem claustrum manum porrexerint adiutricem vel ipsum visitaverint in festivitibus patronorum et duplicibus predicti claustrum, XL^a dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum 30 anno domini m^o cc nonagesimo tercio, presentem vero gratiam nisi consensus dyocesani accesserit vel accedat viribus vacuumus.

(SFR.)